Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310365-p0001-7

S6d

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310365-p0002-2

151

MEMORIAE
VIRI ILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI
IOANNIS IACOBSI,
IN AVLA SERENISSIMI DVCIS SAXO-GOTHANI CONSILIARII INTIMI ET PROCANCELLARII,

PER ANNOS BENE MVLTOS PRAECLARISSIME MERITI,

D. VI. MARTII A. CIↃ IↃCC XXXII.

PERLONGO VITAE LAVDATISSIMAE SPATIO CONFECTO,

ET AETATIS ANNO LXXXIV. EXACTO,

PLACIDA MORTE REBVS MORTALIVM EREPTI,

ET CHORIS BEATORVM INSERTI,

CVM POST NOCTVRNAS EXSEQVIAS,

QVIBVS EXANIME CORPVS

DIE XI. MARTII

HONESTISSIME CRYPTAE SVAE ILLATVM,

PARENTALIA PVBLICA

D. XXIII. MART.

PIE CELEBRARENTVR,

L. M. Q. P.

IO. HENRICVS STVSS,

ILL. GYMN. GOTH. RECT.

GOTHAE, LITTERIS REYHERIANIS.

Ex donat. dni Auct.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310365-p0003-8

*** *** ***

FAceſſe planctus: ſplendidis hone-
ſtatus
Athleta palmis, victor & triumpha-
tor
Ad aſtra dudum multa adorea vectus,
Et iam receptus mentium beatarum
Sede aeuiterna, laureaque donatus
Semper virente, vindicat ſibi plauſum.
Faceſſe planctus: rarioris exemplum
Felicitatis, dia quam parit virtus,
Et quam ſuperſtes vsque funeri fama
Lethes malignae lurido eximit regno,
Nunc eſt perenni laude concelebrandum.
Tua nempe virtus, ter beate IACOBSI,
Quae glorioſis praemiis coronata

FRI-

FRIDRICIANAE lumina inter effulſit
Aulae, fuitque cara PATRIAE PATRI
Magno, pioque, & ciuibus ſalutaris,
Vt huius aeui fabulam, ſatur vitae,
Satur laborum, & gloriae peregiſti,
Iuſtos honores flagitat, coruſcanti
Aeternitati conſecranda, famaeque.
TE quippe alumnum caelitus docens primis
Pietas ab annis imbuit ſuo lacte,
Et arte Muſae TE ſua poliuerunt.
Quae diua lance iura librat exacta,
TE dein recepit in ſuum penetrale,
Gauiſa tanto vindice atque tutore;
Et TE gradatim ad culmen illud euexit,
Rarae quod eminentis ingeni dotes,
Grauiſſimisque par negotiis lumen,
Vigorque mentis, & fides merebantur.
Hinc ſanctioris concili ſenatorem,
Summique praeſidem alterum tribunalis
Catus eligendi iuſſit eſſe TE PRINCEPS,
Tuaque ſaepe voce, maſcula & ſuada
Regum atque principum locutus eſt aulis,
Tuos & actus comprobauit impenſe.

Quot

Quot fauſta porro, dia quot redundarunt
In TE ſupremi munera arbitri rerum!
Qui praeter illos vberes probatorum
Fructus laborum, praeter illa florentis
Augmenta celſa dignitatis, & cenſus,
Tori iugalis TE beauit inſigni
Felicitate, & gaudio diuturno,
Quo liberorum laeta ſors, nepotumque
Pii ſatoris grata corda permulcet:
Nec, adleuare quae moleſtias poſſent
Graui ſenecta corporis fatiſcentis,
TIBI negauit; atque clauſulam vitae,
Decus per omne luculenter exactae,
Dedit beatam, & gloriam perennantem
Inter nitentes caelitum dabit turmas.
Illuſtre vero nomen, & celebratum
Haut obſoleta laude viuet in terris.
Ergo remoto plauſus inſonet planctu;
Ergo & piarum vocibus Camenarum
Tollare ad aſtra, ter beate IACOBSI.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

56.

VD17

Ri40

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310365-p0007-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310365-p0008-6

151

MEMORIAE
VIRI ILLVSTRIS ATQVE EXCEL-
LENTISSIMI
IOANNIS IACOBSI,
IN AVLA SERENISSIMI DVCIS
SAXO-GOTHANI CONSILIARII
INTIMI ET PROCANCELLARII,

E MVLTOS PRAECLARISSIME
MERITI,
MARTII A. CIↃ IↃCC XXXII.
ITAE LAVDATISSIMAE
TIO CONFECTO,
ANNO LXXXIV. EXACTO,
REBVS MORTALIVM EREPTI,
RIS BEATORVM INSERTI,
NOCTVRNAS EXSEQVIAS,
VS EXANIME CORPVS
DIE XI. MARTII
E CRYPTAE SVAE ILLATVM,
TALIA PVBLICA
D. XXIII. MART.
CELEBRARENTVR,

L. M. Q. P.

ENRICVS STVSS,
L. GYMN. GOTH. RECT.

LITTERIS REYHERIANIS.

Ex donat. dñi Auct.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310365-p0009-5